

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum  
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus  
Winter, Johannes Christoph**

**Argentorati, 1705**

**VD18 11641991**

§. 5

**urn:nbn:de:bsz:31-105849**

niuntur, qui singularem quandam, & politicam dexteritatem vel industriam esse arbitrantur; si latam illam & late vagantem religionem (quæ cordatioribus Germanis dicitur die *grosse Religion*) colunt; uti ex b. Chemnitio notat b. D. Danhau. l. c. p. 23. seqq. conf. varia hujus Universalissimi & Crassissimi Atheismi vel Syncretismi nomina & genera apud eundem l. c. p. 40. Recte hic Syncretismus Pseudo-politicus, Atheicus dicitur, & Machiavellicus, à Nicolao Machiavello, de quo b. Danh. Myst. Syncret. det. p. 10. ex Adam. Conzen. lib. 1. polit. c. 1. hæc notat: *Ejus (Machiaveli) decalogus inversus sic habet: (1.) Religio rationi status famuletur. (2.) Pietatem, quam non habet, præ se ferat. (3.) Religionem statui congruentem, falsis miraculis firmet. (4.) Religionem Ethnicam Christianæ præferat, (5.) credat virtutes si verè adsint, & servantur, perniciosas, si inesse putantur, fructuosas.* Hæc illa Religio Prudentum scilicet est, quæ crassissima species, verè est atheismus ad orcum dammandus.

## §. 5.

Nec multò melior est secunda species, crassa Religio prudentum, die grobe Art/ wann man glaubt/ daß man alle Religionen/ nachdem es die Zeit und der Duss erfordert/ annehmen könne; cum quis credit, quod quis possit omnes accipere religiones, prout tempus & utilitas postulant. ita fictus Ermeling; ubi notamus, potuisse forte crassam respectu crassissima illam dici, quæ non simpliciter omnium Religionum confusionem tantum admittit, sed quarundam tantum, ut Judaismi & Christianismi, quæ commiscebant Nazareii, de quibus b. D. Bebelius Hist. Eccles. sæcul. 4. Tom. post p. 647. §. 18. Nazareii dum volebant Christiani esse & Judæi, nec Judæi erant, nec Christiani, judicio Hieron. Ep. XI. ad August. tales Symmachus & socij, qui indifferentissimum inter Christianismum & Ethnicismum statuebant: æquum est, dicebat Symmachus, quicquid omnes colunt, unum putari, eadem spectamus astra, commune cælum est, idem nos mundus involvit. Quid interest, qua quisq; prudentia verum inquirat? uno itinere non potest perveniri ad tam grande secretum. Talis erat crassus Syncretismus minus universalis Pseudo-Apostolicus, cujus autores erant dogmate *evangelij*, per mixti Evangelij & Legis Christi & Moysi, ac ideo novi Evangelij concionatores, inversores, Christi turbatores; vid. b. D. Danh. Myst. Syncret. p. 11. seqq.

§. 5.  
Secunda  
Species  
die grobe  
Art.

hic, inquam, minus universalis ratio Religionum & Syncretismi potuisset addi; sed non litigabimus; verum autorem sequemur, quando crassam illam vocat, cum omnes religiones pro ratione utilitatis quis se accipere posse putat, quod vocabulum omnium tamen admodum restringit & limitat c. 4. p. 18. sqq. tantum de Religionibus Christianis: durch das Wort Religion wil ich eben hier tam latè nicht verstanden haben alle Religionen/ als Judenthum/ Heydenthum/ Christenthum --- sondern ich verstehe die mancherley species, und die so genannte Religionen der Christlichen Religion/ als die Lutherische/ Papistische/ Reformirte &c. quæ explicatio omnino necessaria fuit: nec enim in cap. 2. ulli potuisset legenti in mentem venire, per verba alle Religionen/ intelligi tantum ita dictas inter Christianos, quam quis possit accipere, & utilitati suæ accommodare, cum de religione in genere antea dixisset. Est autem fundamentum hujus opinionis & Syncretismi, reverà Puccianismus, (juxta b. Bebel. Coll. Anti-Syncret.) quo statuitur omnes omnium religionum homines in sua quemq; Religione posse salvari, adeoq; virum quendam politicum omnium se religionum formis posse accommodare, si quid inde utilitatis, vel ad se, vel ad suam rempublicam speraverit redundaturum. Quem Syncretismum & Pseudo-Policum §. præced. diximus cum b. Danhavv. Myster. Syncret. p. 33. & p. 35. qui ex Luberto ref. hæc addit: Multi religionem tanquam inanes fabulas & terribilissima ad hominum animos percellendos excogitata ridere & subsannant: hi putant omnes contentiones de dogmatibus Christianæ doctrine tantum esse logomachias, & quia ipsi in corde suo omnem religionem rident, cumq; nullum alium ob finem prætendunt, quam ut emergant &c..

## §. 6.

§. 6.  
Die subtile  
Art:  
subtilis.

Tertiam speciem facit die subtile Art// ex omnibus religionibus eligendi id quod verissimum alicui videtur, was einem jeden am wahrhaftigsten deuchtet/ p. 12. conf. c. 5. Quæ species tertia præcedentium esse non videtur, sed ad sequentes & eclogariam potius referenda; & quemadmodum si per vocabula auf alle Religionen/ intelligantur simpliciter omnes, Christiana, Judaica, Ethnica, &c. est ferè impossibilis ipsi auctori visa, c. 5. p. 22. propter summam diversitatem harum religionum; ita

adeo

adeo est  
mereatur, n  
dolino, Che  
quos autem  
vel Ethnici e  
deos: nam  
liquid Juae  
tanquam Ju  
m à Christo,  
denus Christ  
mo sit, nihil  
e.g. credat  
jubum &c. cr  
mea religion  
quia in verbo  
que hoc tant  
quod unus ut  
Christum, qu  
& si quod cap  
is, ut v.g. eti  
nicus & ex lum  
gionem non r  
dine conform

Dividit e  
Religionem, qua  
Religion/ tan  
nus erwehlet/  
cum suum pro  
suo tempore q  
facile possibile  
vel möglich ju  
simpliciter (gar  
etnis Religio  
mentalibus a  
num tantum